



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 53. Galliarum Regis fœdus cum Helvetiis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

Sæcul. XV. etiam eandem mari oppugnare aggreditur. A.C. 1475. Attamen Mauri haud temere veriti, ne capta Septa novum ipsis adversus Victores bellum ingrueret, per urbem transeundi copiam a Gubernatore postulant, polliciti, se toto impetu Castellanorum exercitum a tergo aggressuros. Hac conditione a Gubernatore minime acceptata, Mauri pedem referunt, ac ipsimet Castellani demum sese recipere coacti sunt, quam plurimis suorum desideratis.

### §. LIII.

#### *Galliarum Regis foedus cum Helvetiis.*

Sub idem tempus Galliarum Rex cum Helvetiis foedus inibat. Illius articulos ipsimet Helvetii instruxerunt, atque inter eos hi tres præcipui erant. I. Hoc foedus nonnisi decennio persistat, nisi saltem illud prorogare utrique parti bene visum fuerit. II. Sex millium aureorum pensio cuilibet Pago quotannis a Ludovico solvatur, & Helvetii semper pro certo stipendio tot milites, quot Regi opus essent, suppeditent. III. Hujus gentis Viri nunquam contra suos foederatos dimicare, aut urbium vel propugnaculorum obsidiones fuscipere compellantur. Foedere utrinque firmato Rex Hel-

aggre-  
emere  
adver-  
er ur-  
atore  
Castel-  
Iuros.  
inime  
ac i-  
cipere  
deli-  
m  
cum  
arti-  
, at-  
rant.  
istat,  
parti  
n au-  
annis  
nper  
Re-  
lujus  
ede-  
opu-  
com-  
Rex  
Hel-

Helvetiis exposuit, se Sigismundo pristi- Sæcul. XV.  
nam Ferretani Comitatus possessionem A.C. 1475.  
asserturum. Hi Regis consilium sibi gra-  
tum ratumque haberi respondebant, ea  
tamen lege, ut Sigismundus recuperato  
Comitatu illis perpetuam, liberamque fa-  
cilitatem concedat, ut per quatuor ejus-  
dem Comitatus civitates, quandocunque  
ipsis vel armatis vel inernibus placuerit,  
transire valerent. Evidem Austriae Dux  
huic conditioni acquiescere renuebat,  
nihilominus se totum Ludovici XI. Regis  
arbitrio commisit, ejusque hortatu ean-  
dem tandem acceptavit.

### §. LIV.

#### *Ferretanus Comitatus ab Helvetiis occupatus.*

Helvetii ad recuperandum Comitatum  
tanta celeritate animum adjiciebant,  
ut intra unius noctis angustias parata  
haberent omnia; hinc cum inopinatus  
esset eorum adventus, & nemo propemo-  
dum obsisteret, brevi Comitatum in suam  
potestatem redegerunt, ipso Gubernatore,  
quem Burgundus præfecerat, capto u-  
nacum octingentis præsidiariis militibus,  
quos tamen Helvetii nullo ab eis exacto  
redemptionis pretio paulopost liberos di-  
mittebant: Gubernatorem autem capite  
plectebant, ut hostiles incursiones, quibus

Kk 5 olim